reddatur notabiliter deterior; citans ad id Roïam *decis.* 553. *part.* 2. *recent.* Peyrin. Lezanam, Donatum; Ciarlinum, & concludit, quod non dubitat hujusmodi notabile detrimentum non esse arbitrarium, & considerandum tam ex quantitate, & qualitate arborum, & fine, ad quem fuerunt plantatæ. Unde potest contingere quod in ordine ad pœnas incurrendas nec incisio quinque, sex, decem, & ampliùs arborum, si sint parvæ, & vix natæ, ferat modicum nocumentum, & quod contra unius solius singularissimæ in suis qualitatibus sit notabiliter æstimanda, & reddat fundum notabiliter deteriorem. ***

15 ☞ De pœnis alienantium bona ecclesiæ sine solemnitatibus consule Cardinal. Petr. *in comment. ad constit. apostol. constitut.* 5. Pauli II. *sect.* 2. *per tot.* ubi de melioationibus, & fructibus quoque plura occurrunt. ☜

(Variæ assignantur pœnæ per jus hispan. in res ecclesiæ violenter abstrahentes; vide *leg.* 5. *tit.* 5. *lib.* 1. *For. Reg.* 1. *tit.* 18. *lib.* 8. *Ord. Reg.* Vide *quæ adnotantur in add. hisp. verb. Bona, vers.* Perturbare *cum l.* 17. *tit.* 10. *part.* 7. etiamque animadverte *add. verb.* Furtum, *versic.* Sacrilegi, quæ quidem pœna mortis auxiliantes, celantes, & consilium præbentes comprehendit, ut ex ipsa lege ibi citata patefit.)

ALIMENTA.

SUMMARIUM.

1 *Alimentorum nomine quid veniat*, ad n. 13.
14 *Filius quisnam præstare debeat alimenta*, ad n. 26.
27 *Quantitas, & qualitas hujusmodi alimentorum*, ad n. 38.
39 *Religioso à quibus & quando præstari debeant hæc alimenta*, ad num. 48.
49 *De alimentis, quæ præstare debent filii*, ad n. 54.
55 *Et fratres*, ad n. 60.
61 *Patrui, & Nepotes*, ad n. 66.
67 *Conjuncti.*
68 *Maritus, & uxor*, ad n. 83.
84 *Controversiæ nonnullæ circa alimenta sive præstanda, sive exigenda qualiter decidendæ*, ad n. 116.
117 *Alia ad rem*, remissivè.
118 *Subnectuntur Auctoris supplementa.*
119 *Novæ additiones ex aliena manu*, ad n. 143.

1 Alimentorum nomine generaliter veniunt omnia, quæ sunt necessaria ad honestam, & congruam vitæ humanæ sustentationem; *commun.* per claros textus, *in l.* Legatis alimentis 6. & *l.* Rogatus 23. *ff. de aliment. vel cibariis legatis*, *l.* Verbo victus 43. *l.* Et cetera, *l.* Instratum 45. & *l.* Quos nos 234. §. 2. *ff. de verb. significat.*

2 Hinc pro alimentis venit in primis cibus, & potus, *cit. leg.* Legatis 6. & *cit. leg.* Rogatus 23. *ff. de alimentis*, *vel cibariis legatis*, *cit. leg.* Verbo victus 43. & *leg.*

3 Quos nos 234. §. 2. *ff. de verb. significat.* Nomine autem cibi veniunt panes, carnes, & alia edulia pro qualitate, & conditione personarum. Surdus *de alimentis tit.* 4. *q.* 8. Menochius *de præsumpt. leg.* 4. *præsumpt.* 152. *n.* 13. & *seq.* Rosignol. *de effectib. matrim. contract.* 15. *de matrimonio IX. prænot.* 8. *num.* 2. Nomine verò potus veniunt vinum, cerevisia, & alia potionis genera; & etiam aqua, ubi est venialis, textu expresso *in leg.* Si alimenta 1. *ff. de alimentis*, *vel cibariis legatis*: ibi: *Si alimenta fuerint legata, dici potest, etiam aquam legato inesse, si in ea regione fuerint legata, ubi venumdari aqua solet.* Et concordat *leg.* Mella 14. §. 3. *ff. eodem.*

Item pro alimentis venit vestis, seu vestitus: *cit. leg.* 4
Legatis alimentis 6. *cit. leg.* Rogatus 23. *ff. de alimentis*, *vel cibariis legatis*, *leg.* Vestis 23. *ff. de auro, & argent. legat. leg.* Verbo victus 43. & *leg.* Quos nos 234. 5
§. 2. *ff. de verb. significat.* Nomine autem vestis, seu vestitus veniunt ea omnia, quæ ad corporis tegumentum inserviunt, sive sint linea, sive lanea, sive serica, sive alterius, vel pretiosioris, vel deterioris conditionis, & valoris, calceamenta, & ea etiam, quæ ad accubandum sunt destinata, ut lectus, culcitræ, ac omnia tegumenta, & ornamenta, quæ lecto accedunt, & similia, per clarum *text. in citat. leg.* Vestis 23. §. 1. *ff. de auro, & argento legat*, ibi: *Vestimentorum sunt omnia lanea, lineaque, vel serica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternendi, injiciendi, incubandive causa parata sunt, & quæ his accessionis vice cedunt, quæ sunt insitæ picturæ, clavique, qui vestibus insuuntur*; & concordant *leg.* Et cetera 44. *leg.* Instratum 45. & *leg.* Quos nos 234. §. 2. *ff. de verbor. significat.* & notat Glossa communiter recepta *in cit. leg.* Vestis.

Item pro alimentis venit habitatio, *cit. leg.* Legatis 6
alimentis 6. & *cit. leg.* Rogatus 23. *ff. de alimentis*, & *cibariis legatis.* Nomine autem habitationis generaliter 7
veniunt etiam utensilia, seu supellectilia; sicut enim sine habitatione non potest quis vivere, ita sine dictis utensilibus, seu supellectilibus non potest habitare, *arg. leg.* Labeo 7. §. 1. *ff. de supellectili legata.* Menochius *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 157. *num.* 23. Simon de Pretis *de interpret. ult. volunt lib.* 4. *interpr.* 1. *dub.* 11. *num.* 41. Rosignol. *loc. cit. num.* 4. & alii.

Item pro alimentis veniunt expensæ pro Medicis, & 8
medicinis requisitis ad sanandam infirmitatem alimentarii, cum sine eisdem præsumatur vix vivere posse, *per text. in leg.* Quos nos 234. §. 2. *ff. de verbor. significat.* Bartolus *in leg.* Legatis alimentis 6. *ff. de alimentis*, & *cibariis legatis*, Misinger. *pract. centur.* 3. *observ.* 12. Martha *de success. part.* 4. *q.* 18. *art.* 7. *num.* 8. Rosignol. *loc. cit. num.* 5. & alii cum Rota recent. *part.* 18. *tit.* 2. *decis.* 815. *num.* 24. & 25.

Item respectu personæ alicujus dignitatis, & status, 9
veniunt pro alimentis equi, servitores, & similia. Menoc. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 157. *num.* 28. Simon de Pretis *loc. citat. interpret.* 1. *dub.* 11. *num.* 59. Fagundez *in decalog. lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 8. & *cap.* 24. *numer.* 2. & *seq.* Rosignol. *loc. citat. num.* 5. *vers.* Ad secundum genus, & alii cum Rota recent. *part.* 9. *tom.* 1. *dec.* 341. *num.* 33. & 34.

Item pro alimentis veniunt expensæ ad addiscendas 10
artes honestas, & disciplinas juxta conditionem alimentarii, *leg.* Cum plures 12. §. 3. *ff. de administrat.* & *pericul. Tutor. leg.* Qui filium 4. *ff. de ubi pupillus educari debeat*, *leg.* Quod plerumque 2. *cod. de alimentis pupillo præstandis* cum similibus. Menoch. *loc. cit. præsumpt.* 191. *num.* 12. *in fin.* Joannes Nicolaus Lucidorus *de illegit. Cleric. cap.* 15. *num.* 15. Rosignol. *loc. citat. num.* 5. *in fine*, & alii cum Rota recent. *part.* 9. *tom.* 2. *dec.* 341. *num.* 33. & 34. ☼

Item pro alimentis veniunt ea, quæ statui, & condi- 11
tio-

☼ Juxta leg. infra proximè citat. benè Auctor se gerit dum refert quæ alimentorum nomine comprehendantur, etiamque, inter alia, expensas ad artes, & disciplinas honestas à filiis addiscendas; in quo quidem à jure patrio non discrepat, & per consequens nulla filio imponitur necessitas, similes expensas aliis fratribus restituendi; (1) nihilominus, scitu dignum notatur, quamcumque inæqualitatem omninò esse inter liberos removendam: (2) ita ut quidquid pater alicui ex filiis ultra id, quod propriè alimentorum nomine gaudet, nisi in melioratione conceptu dederit, (3) reddere tenetur, ut divisio inter cohæredes æqualiter servetur: nam illud omne quod legitimam, quinti

(1) *L.* 5. *tit.* 15. *part.* 6. *ibi*: E otrosí decimos, que los libros, é las despensas, que el padre diese á alguno de sus fijos, para aprender alguna sciencia en escuelas, non gelas pueden contar los otros hermanos en su parte en la particion ...

(2) *L.* 4. *ejusd. ibi*: E esto es porque se guarde egualdad entre ellos...

(3) *L.* 2. *tit.* 6. *lib.* 5. El padre, ó la madre, ó qualquier dellos, puedan, si quisieren hacer el tercio de mejora que podian facer á sus fijos, ó nietos, conforme á la Ley

tioni personarum possunt convenire, ut respectu nobilium equitum congruæ recreationes, venationes, & similia. Joan. Angelus Bossius *tract. de effect. matr. part.* 2. *c.* 2. *n.* 61. *in fin.* Fagundez *in decalog. lib.* 4. *c.* 21. *n.* 8. & *cap.* 24. *num.* 2. Rosignol. *loc. cit. num.* 6. & alii.

12 Item pro alimentis veniunt expensæ pro funere, si alimentarius moriatur; quamvis enim propriè alimentorum nomine non veniant dictæ expensæ, computantur tamen lato modo inter alimenta, cum sint necessariæ ad convenientem corporis alimentarii defuncti curam. Molina *de justitia tom.* 1. *disput.* 168. §. Alimenta, Rosignol. *l. c. num.* 6. *in fine*, & alii. (Cum præcedenti Auctoris doctrina ex num. 1. in totum ferè conveniunt, *leg.* 2. *tit.* 19. *part.* 4. 16. *tit.* 10. *part.* 5. 24. *tit.* 9. 20. *tit.* 17. *p.* 6. 5. *tit.* 33. *part.* 7.)

13 Item pro alimentis veniunt ea, quæ necessaria sunt ad consequenda omnia supradicta pro alimentis intellecta; unde quando titulo alimentorum tribuendum est vinum, contribuenda sunt etiam vasa, quibus continetur; textu expresso *in leg.* Si cui vinum 3. *leg.* Cui vinum 6. & *leg.* Vino legato 14. *ff. de tritico, vino, & oleo legato.* Item si pro alimentis tribuendi sint cibi, tribuenda sunt etiam vasa, & alia ad coquinam, & mensam necessaria, & sic de aliis similibus, *arg. leg.* Labeo 7. §. 1. *ff. de supellectili legata.* Simeon de Pretis *loc. cit. dub.* 1. *n.* 41. & *sequent.* Surdus *de alimentis tit.* 4. *q.* 3. *num.* 4. Menoch. *loc. cit. præsumpt.* 157. *num.* 17. Rosignol. *loc. cit. num.* 7. & alii. Concesso enim fine, etiam media, quibus ad eum pervenitur, concessa intelliguntur, *cap.* Præterea 5. *cap.* Prudentiam 21. & *cap.* Suspicionis 39. *de officio deleg.* & *leg.* Cui jurisdictio 2. *de jurisdictione*, cum similibus. (Vide *leg.* 47. *tit.* 18. *part.* 3.)

14 Alimenta præstari debent servato ordine, & gradu conjunctionis, ut qui proximior est, & magis conjunctus, ea subministrare teneatur. Rota recent. *part.* 18. *tom.* 1. *dec.* 330. *num.* 7.

15 Hinc in primis tenentur parentes alimenta præstare filiis, *leg.* Si quis à liberis 5. *ff. de agnoscendis*, & *alendis liberis*, *leg.* Unusquisque 2. *cod. de infantibus expo-*
16 *sitis.* Non solum tenentur parentes alimenta præstare filiis legitimis, sed etiam spuriis, ex damnato coitu natis.
17 Vide *verb.* Filius *num.* 127. Cum hac tamen differentia, quod mater tenetur alere filios primo triennio, & post triennium tenetur pater usque ad emancipationem. Vide *dict. verb.* Filius *num.* 128.

18 Nomine alimentorum aliud intelligitur respectu patris, & aliud respectu matris; respectu enim matris intelligitur solum lac; plus enim non tenetur mater præstare filiis; unde si ipsis alia necessaria subministraverit sine animo donandi, potest repetere à patre. Vide *dict. verb.* Filius *num.* 129. Si autem mater nequeat ipsa lac præbere proli, tenetur pater suis impensis nutricem conducere. Si verò possit, ipsamet tenetur præstare, vel suis impensis nutricem conducere; nisi alicubi aliud ferat legitima consuetudo. Vide *dict. verb.* Filius *num.* 130.

19 In defectum patris, si is videlicet pauper sit, aut perierit, tenetur alimenta præbere filiis etiam illegitimis, & spuriis avus paternus, vel alii ascendentes; & in defectum ascendentium paternorum, hæc obligatio devolvitur ad matrem. Vide *dict. verb.* Filius *num.* 131. Deficiente 20
autem matre, tenetur filiis alimenta præstare avus, aliique ascendentes materni, *leg.* Si quis à liberis 5. §. 5. *ff. de agnoscendis*, & *alendis liberis*, & *leg.* Non quemadmodum 8. *ff. eodem.* Vide *dict. verb.* Filius *n.* 132. ☼

Mortuis parentibus, & avis, filii, & nepotes etiam 21
spurii alendi sunt ab eorum respectivè hæredibus, colligitur *ex leg.* Si quis à liberis 4. §. 17. *de agnoscendis*, & *alendis liberis*, *leg.* Qui filium 4. *ff. ubi pupillus educari debeat. Authentic.* Licèt, *cod. de naturalibus liberis*, & *ex leg.* Si quis igitur habens filios, *Authentic.* Quibus modis naturales efficiantur sui. Et ratio est, quia obligatio, quam habent parentes, & avi alendi filios, ac nepotes, non solum est personalis, sed etiam realis, & non solum afficit personam, sed etiam bona ejusdem personæ, adeoque deficiente persona obligata, remanent ejusdem bona obligata, ad quoscumque hæredes etiam extraneos transeant, quia quivis moriendo non potuit eximere bona propria ab illo onere, cui jure naturali erant obnoxia; *arg. authentic.* Res quæ: *cod. communia de legatis*, Rota recent. *part.* 6. *dec.* 255. *num.* 22. & 24. *part.* 8. *dec.* 167. *num.* 23. *part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 331. *num.* 1. & *tom.* 2. *dec.* 561. *num.* 10. Rosignol. *loc. cit. n.* 12. & 16. cum pluribus ibi allegatis. Vide *verb.* Filius *num.* 134.

Clericus tenetur alimenta præstare filiis ex damnato, 22
& sacrilego complexu, etiam in sacerdotio susceptis, & deficiente patrimonio, potest eos alere ex fructibus beneficii. Abbas *in cap.* 1. *num.* 4. *de cohabit. Cleric.* & *Mulier.* Navarr. *in tract. de spoliis Clericor.* §. 10. *num.* 11. Surdus *de alimentis tit.* 1. *quæst.* 10. *num.* 29. Pignatell. *tom.* 9. *consult.* 139. *num.* 211. cum aliis ibi allegatis.

Parentes, aliique suprarecensiti non tenentur alimenta 23
præstare filiis, & nepotibus, si ipsi aliunde habeant, quo sufficienter se possint alere, vel aliqua arte polleant, qua honestè juxta conditionem proprii status sine dedecore possint sibi victum quærere, *leg.* Si quis à liberis 5. §. 6. *ff. de agnoscendis*, & *alendis liberis*; & Bartolus *ibid.* §. Sed si filius. Antonius Thesaurus *decis.* 211. *num.* 14. Petrus Barbosa *in leg.* 1. *part.* 4. *num.* 62. & *sequent. ff. soluto matrimonio.* Surdus *de alimentis tit.* 1. *quæst.* 78. *num.* 32. Carpanus *ad statut. mediolan. decis.* 317. *numer.* 48. Rosignol. *loc. citat. prænot.* 4. *num.* 7. Navarr. *in manual. cap.* 14. *num.* 17. Molina *de justitia tom.* 1. *decis.* 160. §. Alimenta. Bonacina *de præcept. disp.* 6. *q. unica punct.* 6. §. 1. *n.* 3. & plurimi alii, quos congerit, & sequitur Joannes Angelus Bossius *de affect. matrim. part.* 2. *cap.* 2. *cap.* 1. *n.* 27. Alimenta enim debent præstari, si necessitas adsit; & non aliter. Vide *dict. verb.* Filius *num.* 135.

Item pater non tenetur præstare alimenta filio, si sine 24
justa causa nolit habitare cum ipso. Jason *in l.* Quidam cum filium *num.* 6. *ff. de verb. obligat.* Romanus *in leg.* Sicut dotem, §. Transgrediamur *in fin. ff. soluto matrimonio.* Ascanus Clemens *de patria potestat. effect.* 17. *num.* 32. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *c.* 552. *num.* 41. & 44. Rota Roman. *decis.* 117. *num.* 1. *post tom.*

ti & tertii meliorationem si facta hæc fuerit, excesserit, pernecesse erit conferendum. (1)

☼ Dum patri, habita insuper canonica æquitate, ad illegitimorum sustentationem bona deficiunt, ejus ascendentibus nulla legalis inest obligatio, etsi divites fuerint, eos compellendi erga alimenti præstationem: juxta nostras ordinationes, maternos ascendentes ligat, & in ipsis continuatur obligatio. (2)

Ley del Fuero á qualquiera de sus nietos ó descendientes legítimos, puesto que sus hijos, padres de los dichos nietos ó descendientes sean vivos, sin que en ello se les pueda poner impedimento alguno. Vide *verb.* Hæres, Succesio ab intestato, & Testamentum.

(1) *L.* 3. *tit.* 8. *ejusd.* Quando algun hijo ó hija viniere á heredar ó partir los bienes de su padre ó de su madre, ó de sus ascendientes, sean obligados ellos, y sus herederos á traer á colacion y particion la dote y donacion *propter nuptias*, y las otras donaciones, que hubiere rescebido de aquel cuyos bienes vienen á heredar::

(2) *L.* 5. *t.* 19. *part.* 4. *ibi*: Mas los que nascen de las otras mugeres, asi como de adulterio ó de incesto, ó de otro fornicio, los parientes que suben por la liña derecha de partes de padre, non son tenudos de los criar, si non quisieren. Fuerasende si lo ficieren por su mesura, moviendose naturalmente á criarlos, é á facerles alguna merced, asi como farian á otros extraños, porque non mueran. Mas los parientes que suben por la liña derecha de partes de la madre, tambien ella, como ellos tenudos son de los criar, si ovieren riqueza con que lo puedan facer. E esto es por razon, porque la madre siempre es cierta del fijo que nasce de ella, que es suyo, lo que non es el padre de los que nascen de tales mugeres.

BIBLIOTECA CENTRAL UANL

tom. 1. *consil. Farinacii*, Rosignol. *loc. cit. disquisit.* 1. §. 8. *num.* 3. & ipso teste alii magis communiter. Et ratio est, quia pater non tenetur alere filium, nisi quatenus indigeat, & aliunde non habeat quo sufficienter se possit alere; filius autem in hac hypotesi aliunde habere potest congrua alimenta redeundo ad domum, & habitationem paternam, adeòque, &c. Tum quia eodem jure, quo pater tenetur præbere alimenta filio indigenti, tenetur filius obsequia præstare patri, & cum eodem cohabitare, adeòque si filius sine justa causa nolit debita obsequia præstare patri, & cum eodem cohabitare, non poterit à patre prætendere debita alimenta, nec pater tenebitur ea ipsi præstare, quia frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem; *cap.* Quia frustra 14. *de usuris, & arg.* Frustra sibi fidem 75. *de regul. jur. in* 6. *& gloss. ibid. verb.* Frustra circa medium. Et qui non facit, quod debet, non recipit quod oportet; *arg. leg.* Ea conditione 3. *cod. de conditionibus insertis.*

25 Secus autem, si ex justa causa nollet filius cohabitare cum patre; tunc enim pater teneretur alimenta præstare filio etiam extra domum paternam degenti. Pontanus *de alimentis cap.* 5. *num.* 5. Molina *de primogenit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 74. Molina Theologus *de justitia, & jure, tom.* 3. *disp.* 616. *numer.* 10. Menochius *de arbitrar. cas.* 170. *n.* 12. Rosignol. *loc. cit. num.* 5. Rota Roman. *decis.* 617. *post tom.* 1. *consil. criminal. Farinacii per textum in leg.* Cum hi 8. §. 8. *& sequent. ff. de transactionib.* Causæ autem justæ, ob quas filius possit nolle cohabitare cum patre, debent recognosci, & approbari judicio viri prudentis, seu arbitrio judicis. Vide infra *n.* 102. *& seq.* & discurre proportione servata, *ut ibi.*

26 Alimenta sunt per patrem infidelem præstanda filio noviter converso ad fidem, & in ea quantitate, qua tenebatur pater ante conversionem ejusdem filii; immò debet ei tradere integram portionem suæ hæreditatis; & ad id tenentur sub pœna excommunicationis Principes seculares eum compellere, textu expresso *in cap.* Judæi 5. *de Judæis, & Saracenis*, & concordat *leg.* Cognovimus 19. §. Sed ne videamur *cod. de hæreticis.* Et novissimè statuit, confirmavit, & ampliavit Clemens XI. constit. *incip.* Propagandæ per universum, quæ per extensum traditur sub *verb.* Hæbreus *num.* 21. Vide *ibi*, ubi multa ad rem. (Consonat *L. fin. tit.* 21. *part.* 4. ubi fit liber qui convertitur ad fidem; concordat *leg.* 7. *tit.* 7. *part.* 6. *&* 6. *tit.* 23. *part.* 7.)

27 Alimenta debent à parentibus præstari filiis secundum decentiam status, & conditionis ipsorum; colligitur expressè *ex leg.* Si cui 14. *ff. de annuis legatis, leg.* Mella, 14. *& leg.* Cum alimenta 22. *ff. de alimentis, vel cibariis legatis, leg.* Tutor 13. *ff. de inofficioso testamento, leg.* Jus alimentorum 2. *ff. ubi pupillus educari debeat*, cum similibus.

28 In controversia pro taxandis alimentis, attendi debet non solum dignitas personarum, & facultatum copia, ut per citata jura, & alia similia tenent omnes, cum certum sit, non eamdem quantitatem taxandam esse pro persona vili, ac pro nobili, pro panpere, ac pro divite; sed etiam attendenda est ætas alimentarii, cum non eadem alimenta debeantur pro parvulo, ac pro adulto, sed semper præstanda sunt majora justa incrementum ad certum tempus, *per text. in leg.* Jus alimentorum 3. *ff. Ubi pupillus educari debeat, leg.* Cum unus 10. *leg.* Alimenta 16. §. 2. *ff. de alimentis, vel cibariis legatis.* Item consideranda est consuetudo regionis, cum experimento constet, quod non juxta eamdem pompam, & splendorem vivatur in una regione ac in alia, etiam inter personas æqualis conditionis. Sic que istis omnibus attentis, controversia inter partes pro quantitate, & qualitate alimentorum, componenda est per regulatum Judicis arbitrium, ut expressè habetur *ex l.* Officio Judicis 2. *leg.* Jus alimentorum 3. *ff. ubi pupillus educari debeat, leg.* Quod plerumque 2. *cod. de alimentis præstandis, leg.* Si quando negotium 7. *cod. de ordine cognitionum.* (*L.* 2. *tit.* 19. *part.* 4. 20. *tit.* 16. *part.* 6.)

29 Facta semel taxatione alimentorum, vel per Judicem, vel partes inter se, si contingat patrimonium patris decrescere, poterit pater de alimentis diminuere juxta decrementum; & si contingat tale patrimonium augeri, tunc tenebitur etiam augere alimentum juxta incrementum. Sic expressè colligitur *ex cit. leg.* Jus alimentorum 3. §. 3. *ff. ubi pupillus educari debeat.*

30 Pater tenetur juxta decentiam proprii status non solum alimenta præstare filio, sed etiam ipsius uxori, quamvis eam duxerit sine dote, patre ipso consentiente, Surdus *de alimentis tit.* 1. *q.* 38. *num.* 2. Bartolus *tract. de alimentis num.* 16. Covarrubias *de sponsalibus part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 5. *in fine.* Crottus *in leg.* Si constante, *n.* 160. *ff. soluto matrimonio*, Menoch. *de arbitr. cas.* 348. *numer.* 14. Rosignol. *loc. citat. prænot.* 10. *numer.* 8. Joannes Angelus Bossius, *tract. de effectu matrimon. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 95. Bonacina *de præcept. disput.* 6. *q. unic. punct.* 6. §. 1. *num.* 2. *in fine.* Sanchez *de matrimonio, lib.* 9. *disput.* 5. *num.* 9. Megalla *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 23. *q.* 1. *num.* 67. Rota recent. *part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 617. *num.* 2. *per text. in leg.* Si quis à liberis 5. §. 12. *ff. de agnoscendis, & alendis liberis, leg.* Si filia nupta 20. §. 1. *ff. Familiæ erciscundæ.*

31 Immò pater tenetur dictam uxorem filii alere, etiamsi indotatam duxerit, ipso invito, & dissentiente, si ipse filius aliunde non habeat, quo seipsum, & illam alere possit; Surdus *de alimentis, tit.* 1. *q.* 38. *n.* 15. Ruinus, *consil.* 144. *num.* 18. *lib.* 5. Crottus *loc. cit. num.* 160. Rosignol. *loc. citat. num.* 9. Sanchez *lib.* 4. *de matrim. disp.* 26. *num.* 21. Joannes Angelus Bossius *loc. cit. numer.* 95. Megalla *loc. citat. num.* 67. *& seq. gloss. in capit.* Admonere 33. *q.* 2. Rota recent. *cit. dec.* 617. *n.* 2. *per cit. jura in leg.* Si quis à liberis 5. §. 12. *ff. de agnoscendis, & alendis liberis, & leg.* Si filia nupta 20. §. 1. *ff. familiæ erciscundæ.* Et ratio est, quia licèt filius uxorem indotatam duxerit invito, & contradicente patre, pater ipse adhuc compellitur præstare alimenta filio, cum per hoc non cesset jus sanguinis, & naturalis pietatis; ratione cujus jura disponunt alimenta esse præstanda à patre filiis juxta decentiam, & conditionem sui status, sed in omni casu, quo pater tenetur præstare alimenta filio, tenetur etiam ea præstare nurui, seu uxori ejusdem filii, cum hæc etiam loco filiæ habeatur; Cinus *in leg.* Ubi adhuc, *q.* 16. *num.* 4. *cod. de jure dotium.* Menochius *de arbitrar. cas.* 348. *num.* 13. Surdus *de alimentis, tit.* 1. *q.* 38. *num.* 5. Ruinus *citat. consil.* 144. *num.* 8. Barbatius *in cap.* 2. *num.* 46. *de foro competent.* Rosignolus *loc. cit. num.* 9. *gloss. in cit. cap.* Admonere, *verb.* Patrem 33. *q.* 2. adeòque, &c. Tum quia alere talem uxorem est onus filii, adeòque si filius aliunde non habeat, quo se ipsum, & illam alere possit, tenebitur ad id pater, cum teneatur ad onera filiorum; *textu expresso in cit. leg.* Si quis à liberis 5. §. 12. *de agnoscendis, & alendis liberis.*

32 Pater tenetur sic præstare alimenta etiam uxori sui filii legitimi, ac spurii; Joannes Nicolaus Lucidorus *de illegit. Cleric. cap.* 22. *num.* 15. Joannes Angelus Bossius *leg. cap.* Paleotus *de nothis, cap.* 47. *num.* 7. Rosignol. *leg. cap. num.* 10. & alii. Et ratio est, *quia ex cap.* Cum habere 5. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluerat adulterio*, pater tenetur præstare etiam filiis, quomodocumque illegitimis, alimenta, & omnia necessaria, inter quæ veniunt enumeranda etiam alimenta uxoris, ut in terminis tenent Covarrubias *de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *n.* 56. Peregrinus *de jure fisci, lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 63. Bossius *loc. cit.* Rosignol. *loc. cit.* & alii. ✪

33 Pater tenetur præstare alimenta etiam filiis emancipatis,

✪ Patrem, aut matrem filiis illegitimis alimenta præstare teneri, veritati, rationique naturali consentaneum videtur; in hispania verò virtute talis obligationis capacior ultra quintum suorum bonorum, de quo pro anima sua illi poterant disponere, filius illegitimus non consideratur. (1)

(1) *L.* 8. *ejusd.* Mandamos que en caso que el padre, ó la madre sea obligado á dar alimentos á alguno de sus hijos ilegitimos en su vida, ó al tiempo de su muerte, que por virtud de tal obligacion no le pueda mandar mas de la quinta parte de sus bienes de lo que podia disponer por su anima, y por causa de los dichos alimentos no sea mas capaz el tal hijo ilegitimo:: Pero si el tal hijo fuere natural, y el padre no tuviere hijos, ó descendientes legitimos, mandamos, que el padre le pueda mandar justamente de sus bienes todo lo que quisiere, aunque tenga ascendientes legitimos.

tis, si aliunde non habeant, quo se alant, textu expresso *in citat. leg.* Si quis à liberis 5. §. 1. *ff. de agnoscendis, & alendis liberis.* Et ratio est clara, quia alimenta non debentur filiis à parentibus ratione patriæ potestatis, sed jure sanguinis, & naturalis pietatis, quod non dissolvitur per emancipationem, *per text. in leg.* Jura sanguinis 8. *ff. de reg. jur. &* §. At hi 10. *&* §. Minus 11. *inst.*

34 *de hæreditatibus, quæ ab intestato.* Et ob id etiam tenetur pater saltem in subsidium alere filiam nuptam viro pauperi non habenti unde ipsam alat; Joannes Angelus Bossius, *l. c. cap.* 5. *n.* 152. Rosignol. *l. c. n.* 13. & alii.

35 Pater tenetur alimenta præstare etiam filio excommunicato, cum excommunicatio non eximat ab obsequiis à jure naturali debitis filio; Surdus *de alimentis, t.* 1. *q.* 19. *n.* 13. Pontanus, *de alimentis, c.* 2. *n.* 14. Megalla, *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *q.* 2. *num.* 15. Rosignol. *loc. cit. præn.* 10.

36 *n.* 16. & alii passim. Cum hac tamen advertentia, quod si filius sua culpa pertinaciter perseveret in excommunicatione, cum possit ab illa absolvi, pater non tenetur ei alimenta præstare nisi juxta necessitatem naturæ; quia præstando pinguiora alimenta tali filio pertinaci in excommunicatione, tribueret ei ansam perseverandi in ea: & è contra subtrahendo ei talia pinguiora alimenta subtraheret etiam ansam talis perversæ perseverantiæ. Si verò filius sine sua culpa perseveret in excommunicatione, tenetur pater ei præstare alimenta juxta decentiam, & convenientiam sui status, *arg. cap.* Inter alia 31. *de sent. excommunicat.* ubi habetur, quod per supervenientem sententiam excommunicationis non liberetur pater à debito obsequio, ad quod antea tenebatur; nec ipsa excommunicatio privat bonis, & juribus temporalibus, quibus excommunicatus gaudebat ante eamdem excommunicationem. Joannes Angelus Bossius *tract. de effect. matrimon. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 119. Azorius, *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *q.* 8. Trullench. *in decalog. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 10. Rosignol. *loc. cit. num.* 17. & alii. (Ad rem, *lex* 34. *tit.* 9. *part.* 1. *in fin.*)

37 Item pater quamvis non teneatur præstare alimenta juxta decentiam, & convenientiam sui status, & conditionis filio in hæresi pertinaci propter rationem numero antecedenti adductam, tenetur tamen regulariter ei præstare alimenta juxta necessitatem naturæ, quia non cessant jura sanguinis, & naturalis pietatis, ex eo quod filius inciderit in hæresim, & in ipsa pertinax perseveret, præsertim cum sic possit subesse spes, eum quandoque ab hæresi revocandi. Joannes Angelus Bossius *leg. cap. numer.* 123. Rosignol. *leg. cap. num.* 18. Fagundez *in decalog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 7. Azorius, *part.* 2. *lib.* 2. *c.* 4. *q.* 10. & alii. Dicitur tamen notanter *regulariter*, quia si filius hæreticus per falsa dogmata niteretur alios ad hæresim perducere, tunc tamquam actuali publico hosti, & rebelli ecclesiæ, & catholicæ patriæ possent justè denegari alimenta etiam ei necessaria secundum exigentiam naturæ propter mox dicenda à simili, numero sequenti.

38 Pater quamvis non teneatur præstare alimenta juxta decentiam, & convenientiam sui status, & conditionis filio bannito, quia videtur indignus favoribus juris civilis qui contra jura civilia enormiter deliquit, ut bannitus; cum frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem, *cap.* Quia frustra 14. *Usuris.* (Deportatus à patria potestate exiit: non verò Relegatus *leg.* 2. 3. *&* 4. *tit.* 18. *part.* 4. hic decissio.) Tamen regulariter tenetur ei præstare alimenta juxta necessitatem naturæ: quamvis statuto cautum sit, ne ei præbeantur. Et ratio est, quia jura civilia, & municipalia derogare nequeunt juri naturæ, & sanguinis *per text. in leg.* Jura sanguinis 8. *ff. de regul. juris, &* §. At hi 10. *&* §. Minus 21. *inst. de hæredit. quæ ab intestato.* (*Reg.* 34. *t.* 34. *p.* 7.) Dicitur autem notanter *regulariter*, quia si filius bannitus esset perduellis patriæ, & in ipsam inveheretur, tunc posset pater justè ei denegare alimenta etiam necessaria juxta exigentiam naturæ, quia bonum patriæ, & amor erga filium, & bono ejusdem, & plus patriæ debemus, quam parentibus, textu expresso *in leg.* Minimè 7. *ff. de religios. & sumpt. fun.* (*Vid. tit.* 12. *usque ad* 16. *inclusivè &* 28. *part.* 2.)

39 Pater tenetur præstare alimenta filio monacho justè ejecto à religione, si ipse aliunde non habeat, quo se alat, Azorius, *p.* 2. *cap.* 4. *q.* 9. Filliuccius, *tom.* 2. *tract.* 23. *cap.* 3. *num.* 35. Rosignol. *leg. cap. prænot.* 10. *numer.* 21. & alii. Et ratio est, quia ex eo quod factus fuerit monachus, subinde ob ejus culpam ejectus à religione non desinit esse ejusdem patris filius, nec deficit titulus naturalis pietatis; & aliunde ex eo, quod justè ejectus sit à religione desinit esse filius religionis, nec religio intelligitur se obligasse ad alimenta ei præstanda, etsi pro tempore, quo eidem inserviret. Vide *verb.* Ejectio *n.* 45.

40 Sic nec religiosi præclarissimæ Societatis Jesu, qui post vota simplicia ante solemnem professionem à dicta Societate dimittuntur, ulla ab eadem Societate prætendere possunt alimenta, aut congruam sustentationem, licèt dum in ea viverent, titulo religiosæ paupertatis ad sacros ordines, etiam presbyteratus, promoti fuerint. Sic novissimè expressè statuit Benedictus XIII. constituit. *incip.* Injuncti nobis. Vide *ibid. num.* 46. ubi affertur per extensum. ✪

41 Monachus, seu Regularis, injuste ejectus potest compel-

✪ Cum statim se offerat suppressio, extinctio, abolitioque Societatis Jesu (1), & omnibus, ex his, Indicisque do-

exerciendo estos la mision que les habia sido dada por Christo, que no es Dios de la discordia, sino de la paz y del amor, anunciasen la paz á todo el mundo, y empleasen principalmente en esto sus esfuerzos y fatigas, á fin de que todos los fieles regenerados en Christo guardasen con diligente cuidado la unidad de espiritu, con el vinculo de la paz, y fuesen un cuerpo, y un espiritu, asi como son llamados baxo de una misma esperanza á la misma vocacion, la qual de ningun modo puede alcanzarse, si no se corre á ella, como dice San Gregorio el Grande, unidamente con los próximos.

2 Este mismo ministerio y palabra de la reconciliacion, que Dios nos ha confiado, traximos á la memoria con mayor razon al punto que fuimos elevados á esta Silla de San Pedro sin ningunos méritos nuestros, le hemos tenido presente de dia y de noche, y conservandole profundamente gravado en el corazon, procuramos hacer todos nuestros esfuerzos para cumplir con él, implorando continuamente á este fin el auxilio divino, para que Dios se dignase inspirarnos, y á todo el rebaño del Señor, el deseo y los medios de tener la paz, y mostrarnos el camino mas seguro y mas sólido para conseguirla. Pues sabiendo muy bien que hémos sido constituidos por la divina providencia sobre las nacio-

nes

BIBLIOTECA CENTRAL UANL

pellere monasterium, seu religionem ad alimenta futura, & etiam præterita, si illa mutuo accepit. Per talem enim injustam ejectionem non amittit ejectus jura monasterii, seu religionis, nec desinit esse ejus filius, adeòque non est, cur religio non teneatur eumdem professum alere, cum injusta ejectio perinde sit, ac si non esset ejectio. Idem enim est aliquid non esse factum, ac nulliter factum: *arg. l.* Si se non obtulit 4. §. 6. *ff. de re judic.* & quod nullum est, nullum producit effectum, *c.* Illud 8. *de Jurepat.* Vid. *ib. n.* 47.

Sic etiam lite pendente pro validitate expulsionis, 42
ejectus debet ali ex bonis monasterii, donec sit lata sententia de justitia, aut injustitia, illius. Vide *ib. n.* 48.

Alimenta non sunt præstanda à primo monasterio re- 43
gulari, aut moniali ad aliud monasterium transeunti, quamvis penes primum monasterium remaneant dos, & alia bona, Card. Petra *tom.* 4. *comment. in constitut.* 16. Eugenii IV. *num.* 17. cum pluribus ibi adductis, testans sic specialiter quoad monialem transeuntem decisum fuisse,

nes, y los reynos, á fin de que, para cultivar la viña del Señor, y conservar el edificio de la religion christiana, cuya piedra angular es Christo, arranquemos, destruyamos, desechemos, disipemos, edifiquemos, y plantemos, siempre hemos estado en el ánimo y firme voluntad, de que así como hemos juzgado, que nada debiamos omitir de lo que plantando y edificando fuese útil para la quietud y tranquilidad de la Christiandad, así igualmente, por pedirlo el mismo vínculo de la caridad mútua, debiamos estar prontos y dispuestos para arrancar y destruir qualquiera cosa, por mas apetecida y agradable que nos fuese, y de la qual no pudiesemos carecer sin grandísimo sentimiento y dolor de nuestro corazon.

3 No es dudable que entre las cosas que ayudan mucho á conseguir el bien y la felicidad de la república católica, merecen casi el primer lugar las órdenes regulares, pues de ellas ha dimanado en todos tiempos á la Iglesia de Christo grandísimo decoro, defensa y utilidad; por cuya razon esta Silla Apostólica, no solo las aprobó y fomentó con sus favores, sino que tambien las enriqueció con muchos beneficios, esenciones, privilegios, y facultades, para que con esto se excitáran, é inflamáran mas y mas á promover la piedad y religion, á introducir con la predicacion y exemplo las buenas costumbres en los pueblos, y á que se conservára y confirmára entre los fieles la unidad de la fé; pero quando ha llegado el caso de que, ó el pueblo christiano no ha cogido de alguna orden regular aquellos abundantísimos frutos y apetecida utilidad, para cuyo fin habian sido desde el principio instituidas las órdenes regulares, ó mas bien se ha guzgado ser dañosas, y que antes sirven para perturbar la tranquilidad de los pueblos, que para contribuir á ella; esta misma Silla Apostólica, que habia trabajado en plantarlas, interponiendo para ello su autoridad, no ha tenido embarazo en fortalecerlas con nuevas leyes, ó reducirlas á la primitiva austeridad de vida, ó totalmente arrancarlas y disiparlas,

4 Por esta razon, habiendo conocido el Papa Inocencio III, predecesor nuestro, que la demasiada variedad de órdenes regulares causaba mucha confusion en la Iglesia de Dios, prohibió rigurosamente en el IV. Concilio general Lateranense, que en adelante se fundase ninguna orden nueva, mandando que el que desease ser Religioso entrára en una de las órdenes aprobadas; y ademas de esto determinó, que el que quisiera nuevamente fundar alguna casa religiosa, tomára la regla, é instituto de una de las órdenes aprobadas. De aquí resultó, que de ningun modo fue lícito en adelante instituir ninguna nueva orden, sin licencia especial del Pontifice Romano; y con justa razon, pues instituyendose éstas con el fin de mayor perfeccion de vida, se debe primero exâminar, y considerar maduramente por esta Santa Sede Apostólica la forma de vida que se intenta observar, para que no suceda, que socolor de mayor bien, y de vida mas santa, se originen en la Iglesia de Dios muchísimos inconvenientes, y aun quizá males.

5 Pero aunque Inocencio III, predecesor nuestro, hizo esta disposicion con tanta prudencia; sin embargo, despues, no solo el importuno anhelo de los que solicitaban hacer nuevas fundaciones, sacó como por fuerza de la Silla Apostolica la aprobacion de varias órdenes regulares, sino que tambien la presuntuosa temeridad de algunos inventó una casi desenfrenada multitud de diferentes órdenes, principalmente mendicantes, sin haber obtenido aprobacion. Conociendo plenamente esto el Papa Gregorio X, tambien predecesor nuestro, para ocurrir prontamente al mal, renovó en el Cuncilio general Lugdunense la constitucion del dicho Inocencio III, predecesor nuestro, y prohibió mas estrechámente, que ninguno en adelante fundára nueva orden, ó religion, ó tomára el hábito de ninguna orden nueva; y prohibió perpetuamente, por punto general, todas las religiones, y órdenes mendicantes fundadas despues del Concilio IV Lateranense, que no habian obtenido confirmacion de la Sede Apostólica, y determinó, que las órdenes confirmadas por la Silla Apostólica, subsistieran del modo siguiente, es á saber: que los profesos en dichas órdenes pudiesen permanecer en ellas, si quisiesen, con tal que no admitiesen á ninguno en adelante á la profesion, ni adquiriesen de nuevo ninguna casa, ó posesion, ni pudiesen enagenar las casas, ó posesiones que tenian, sin licencia especial de la misma Santa Sede, reservando todas estas cosas á la disposion de la Silla Apostólica, para que las convirtieran en socorro de la Tierra Santa, ó de los pobres, ó en otros usos piadosos, los Ordinarios locales, ó aquellos á quienes diera comision la dicha Sede; y quitó enteramente á los individuos de dichas órdenes la licencia de predicar, y de confesar á los extraños, prohibiéndoles que les diesen sepultura: tambien declaró, que en esta constitucion no se comprehendian las órdenes de Predicadores, y de los Menores, á las quales daba por aprobadas la evidente utilidad que resultaba de ellas á toda la Iglesia; y ademas de esto quiso, que las órdenes de los Ermitaños de S. Agustin, y de los Carmelitas, quedasen enteramente en su estado, mediante que la institucion de estas órdenes era anterior al sobredicho Concilio general Lateranense. Finalmente concedió en general á todos los individuos de las órdenes, que quedaban comprehendidos en esta constitucion, licencia para pasar á las demas órdenes aprobadas; pero con tal que ninguna orden se pasase enteramente á otra, ni ningun convento á otro convento con todos sus individuos, y posesiones, sin haber primero obtenido licencia especial de la Silla Apostólica.

6 Estas mismas huellas siguieron, segun las circunstancias de los tiempos, otros Pontifices Romanos, predecesores nuestros, de cuyos decretos seria muy molesto hacer individual mencion. Entre éstos el Papa Clemente V, igualmente predecesor nuestro, por sus letras expedidas con el sello de plomo á 2 de Mayo, año de la Encarnacion del Señor 1312, suprimió y extinguió enteramente la orden militar de los Templarios, por estar generalmente difamados, aunque dicha orden habia sido confirmada legitimamente, y habia contrahido un merito tan distinguido en la república christiana, que fue colmada por la Sede Apostólica de insignes beneficios, privilegios, facultades, esenciones, y prerogativas; sin embargo de que el Concilio general de Viena (*del Delfinado*) á quien habia el mismo Clemente cometido el conocimiento de la causa, creyó deber abstenerse de pronunciar sentencia formal y difinitiva.

7 San Pio V, tambien predecesor nuestro, cuya insigne santidad reverencia y venera en los altares la Iglesia Católica, extinguió, y abolió enteramente la orden regular de los Humillados, que habia sido fundada antes del Concilio Lateranense, y aprobada por Inocencio III, Honorio III, Gregorio IX, y Nicolao V, Pontifices Romanos, predecesores nuestros, de feliz memoria: por su inobediencia á los decretos apostólicos, por las discordias domésticas y externas que suscitaron: porque no daba esta orden absolutamente ningunas muestras de virtud para en lo sucesivo; y tambien porque

se, Corrád. *in praxi dispensat. lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 14. *vers.* postmodum, ubi adducit resolutionem Congregationis particularis ab Urbano VIII. deputatæ, Surdus *de alimentis tit.* 9. *q.* 17. *num.* 1. & 16. & alii.

44 Alimenta præstare tenetur monasterium regulari in aliud monasterium incluso prò pœnitentia peragenda. In tali enim casu, cum non solvatur ab obedientia primi monasterii, merito ab ipso alendum esse decernitur, *cap.* De lapsis 5. *caus.* 16. *q.* 6. Covarrubias *in cap... num.* 20. *de Testamentis*; Sanchez *in Summa lib.* 7. *cap.* 32. *n.* 46. Molina *de Justitia tom.* 10. *disp.* 40. Card. Petra *l. cap. n.* 18. & alii.

Alimenta religio præstare tenetur regularibus detentis in carceribus S. Officii, dummodò religio non sit de 45
iis, quæ in communi non possideant, Card. Albit. *de Inconstantia in fide cap.* 22. *n.* 62. & 63. Card. Petra *l. c. n.* 18. Pignatell. *tom.* 8. *consul.* 62. *n.* 34. & alii.

Alimenta à novitia solvi non debent monasterio, si 46
eamdem teneatur recipere, & ad habitum, & ad professionem sine dote. Secus autem si dicatur solum à testatore,

que algunos individuos de ella intentaron malvadamente dar la muerte á San Carlos Borroméo, Cardenal de la Santa Iglesia Romana, protector, y visitador apostólico de la dicha orden.

